



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd Deus sic iuramenta perceperit, vt ille cui iurata fuerint. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De eadem re. Cap. IX.

Si quis se peierauerit, & alios sciens in periarium duxerit, *Ex decr.*
XL. dies in pane & aqua, & VII. sequentes annos Pelagii
peniteat, & nunquam sit sine pœnitentia. Et alij si conscijs pœnae.
fuerant, similiter pœniteant: sicut autem singuli ut periu-
nium non sponte commisum, pœniteant.

Quod sic Deus iuramenta perceperit, ut ille cui iurata
fuerint. Cap. X.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic peierare *Ex dictis*
non potuerit, qui iurare non appetit. Cauendum igitur S. Isidor.
est iuramentum, nec eo vtendum, nisi sola necessitate.
Non est contra Dei præceptum iurare, sed dum usum iu-
randi facimus, periuri crimen incurrimus. Nunquam ergo
iurat, qui peierare timet. Multi dum loquuntur, iurare
semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore,
est, est, non, non. Amplius enim quam est, & non est, a ma-
lo est. Multi ut fallant peierant, ut per fidem sacramenti,
fidem faciant verborum: sicutque fallendo dum peierant, &
mentiuntur, hominem incautum decipiunt. Interdum & fal-
si lachrimis seducti decipimur, & creditur dum plorant,
quibus credendum non erat. Flerunque sine iuramento lo-
qui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt
quod dicimus, iurare compellimur, talique necessitate iu-
randi consuetudinem facimus. Sunt multi ad credendum pi-
gi, qui non mouentur ad fidem verbis. Grauiter autem de-
linquent, qui sibi loquentes iurare cogunt. Quacunque ar-
te verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiae
testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit.
Dupliciter autem reus erit, qui & Dei nomen in vanum
assumit, & proximum dolo capit. Non est conseruandum
sacramentum quod malum incaute promittitur, veluti si quis
piam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem pol-
licetur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum,
quam permanere in stupri flagitio. Iurare est Dei illa proui-
dentia, quæ statuit non euellere statuta. Pœnitentia autem
Dei, rerum mutatio est. Non pœnitere autem, statuta non
revokeare, ut est illud: Iurauit dominus & non pœnitabit
eum, id est, quæ iurauit, non mutabit.